

Eiusmodi vngentum potest quoque solum ex butyro insulso et vitrioli albi debita quantitate confici, et sic creberrime adhibitum fuit ab *illustri* b. m. HOFFMANNO.

SECTIO XX.

DE

FORMVLA LINIMENTI.

§. 677.

Cum linimentum sit medicamentum externum, quod minorem vnguento mollietatem possidet et mediae fere inter oleum et vnguentum est spissitatis §. 630, omnia ista ingredientium vice in linimento fungi possunt, quae in eius formam vel per se, vel commixtione aliorum redigi possunt, et talia sunt memorata §. 639.

§. 678.

In linimento quidem mollietates lubrica, et mixtio aequabilis aequae, ac in vnguento, requiritur, sed spissitatis eius non vnus idemque observatur gradus, eiusque limites adeo vagi sunt, vt non omnes solum gradus medii inter oleum et vnguentum, sed ipsa etiam olei tenuitas et vnguenti densitas interdum in linimento admittantur. Videtur hinc hic vix peccari posse excessu tenuitatis, at omnino spissitatis, vtpote quae nimia, et linimenti illitum, et eiusdem penetrationem reddit difficilem.

Ec 3

§. 679.

§. 679.

Corolla-
rium.

Quae igitur cum ita sint, patet exinde, cur olea expressa, destillata sola, nullo spissiore accedente, linimento materiem nonnunquam praebeant. idque contra quandoque ex sola etiam materia spissa vnguentiformi, vt pinguedinibus, medullis, vnguentis officinalibus, etc. inter se mistis, paretur, ita, vt vero vnguento sit simile.

§. 680.

Ex qui-
busnam
linimen-
ta prae-
parari
soleant.

Frequentius tamen linimenta ex materia spissa vnguentiformi et oleis, quae maiorem dant mollitiem, praeparari solent. Sed olea etiam cum materia solidiore, qualis est §. 639. No. 4. indicata, in litum abeunt. Quin puluis, de quo dixi §. cit. No. 3. oleo soli, vel cum aliis liquidis remixto, tritu vel coctione iunctus, nonnunquam loco linimenti est. Atque ex his omnibus apparet, linimentum ex liquidis §. 639. No. 1. spissis §. cit. No. 4. debita in proportionem coniunctis, nasci posse, sed et hic simplicitati est studendum.

§. 681.

Quomo-
do lini-
menta ex
oleis et
aqueis si-
ue spiri-
tuosis li-
quidis
paren-
tur.

Interdum linimenta conficiuntur ex oleis et liquidis aquosis et spirituosiss, sed tunc diuturno tritu vel coctione aquam dissipante sunt coniungenda, et interdum, si oleis aquea tritu sunt miscenda, sapone opus est, ne mora diuortium faciat. Conferunt huc vitellus oui, mel, sapon, alcali, et id genus alia.

§. 682.

§. 682.

Si olea sola ingredientium vice in linimento funguntur, consistentia qualemque admittit proportionem, sed cauendum simul, ne acriora olea praedominentur. Neque minus spissa vnguentiformia, quacunque fere in proportionem assumpta, litum praebent, ast scito, alia aliis esse densiora, ut nimiam caveas spissitatem. Et si materiae spissae vnguentiformis drachmis duabus, tribus, quatuor, prout varie densa est, admiscetur olei vncia vna, mediocris consistentiae litus exurgit. Similis enascitur ex olei vncia vna et materiae solidioris, qualis est §. 639. No. 4, drachma vna. Obtenient praeterea huc dicta §. 652. 675.

§. 683.

Exempli loco sunt

I. Linimenta neruina.

1.

R^x. axung. hum. vel vitul. vel canis rec.

ol. nucist. expr. aa 3j.

bals. Peruv. 3iij.

ol. caryoph.

lauend.

maioran. aa 3j.

M. f. Linimentum.

2. R^x.

2.

Rx. ▽ reg. Hung. ℥iv,
 bals. Peruv. ℥ss.
 ol. rorismar.
 lauend.
 caryoph. aa ℥i℥.

M. f. Linimentum.

II. Vnguentum contra haemorrhoides
 coecas dolentes.

Rx. vngu. de linar. ℥j.
 ol. hyoscyam. ℥ij.
 camphor. gr. X.

M. f. Linimentum.

III. Linimentum emolliens et discutiens.

Rx. axung. can.
 ol. amygd. dulc. aa ℥ss.
 camphor. ℥j.

M. f. Linimentum,
 vel

Rx. axung. capon. seu
 ol. amygd. dulc. ℥j.
 camphorae ℥j.

M. f. Linimentum.



SECTION